



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Maleficij crimen qualiter committatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

400      **Maleficiū.**

respectuē ad bona humana: puta maledictus sit dies  
in quo natus est, aut in quo natus sum, & similia:  
quoniam ipsimet qui dicunt non intelligunt verbo-  
rum proprium sensum, quod scilicet redundet in ma-  
ledicendum illum hominem nascentem. Et propterea  
oportet examinare animum dicentis, si tunc per illā  
maledictionem optabat aliquid mali notabilis illi ho-  
mini, siue sit ipsem̄, siue alter Nā si optando illi ma-  
lum notabile dicit, maledictus dies in quo natus es,  
quasi optans illū non fuisse natū, aut fuisse male  
natum, peccatum est mortale sine dubio. Si vero ex ira  
maledicit diei illi, & intendit quod dies sit maledi-  
ctus, sed non intendit per hoc velle ut ille habuerit vel  
habeat malum ex natuitate sua, peccatum veniale est:  
quia intentio maledici non protenditur ad cupien-  
dum malum proximi.

*Maleficij crimen qualiter committatur.*

**M**aleficium peccatum est generale, quo quis no-  
cet proximo. Vsurpatur tamen appropriate pro  
peccato quo quis nocet proximō per aliquam dæ-  
monis inuocationem. Vnde malefici dicuntur qui  
impediunt consummationem matrimonii, pueros  
lædunt, aut etiam occidunt: & quævis mala alia in-  
cantationibus suis inferunt. Constat autem cri-  
men hoc esse mortale ex duplice capite: & quia inuocatio  
est dæmonum, & quia nocuum est humano generi.  
Confunditur tamen plerumque nomen maleficij ad  
iuocationes dæmonū etiā utiles hominibus, quum  
disputatur an liceat maleficij soluere maleficio altero.

Vbiscito quod soluere maleficium alio maleficio,  
peccatum quoque est mortale: quoniam maleficium  
est secundum se prauum, & nulla potest intentione  
bene fieri. Et similiter inducere maleficium paratum  
ad maleficia perpetranda ad soluendum maleficium  
alio

alio maleficio, est peccatum mortale: quia nulla ratione licitum est inducere hominem quantumcumque paratum, ad offendendū Deum. Nec habet locum in proposito distinctio inter inducere ad peccandum, & ut iniquitate alterius parati ad peccandum, ut distinguitur in usurā, & in iuramento infideliū: quoniam illa distinctio non habet locū nisi in illis in quibus actio petita potest ab illo parato fieri sine peccato si vult: & ex iniquitate sua prouenit quod apparet ipse peccatum, tunc enim petens petit opus bonum: sed quia illa à quo petitur, non vult nisi cū peccato efficeret, ideo petens vtitur iniquitate parati, & non cōmunicat peccato illius. Verbi gratia: petens mutuum ab usurario, petit opus bonum, scilicet mutuum: quod usurarius si vellet possit sine peccato cōcedere, & similiter petens iuramentum ab infideli, petit opus religionis sanctum, scilicet iurare, quod idololatra potest si vult sine peccato concedere, recognoscendo verum Deum, & per illum iurando. In proposito autē petitur à malefico ut soluat maleficium, quod ille non potest etiā si vult præstare sine peccato. Et propter ea conuincitur quis quod petit peccatum, & inducit paratum ad peccandum, digni autem sunt morte (inquit Apostolus) non solum qui faciunt, sed etiā qui consentiunt facientibus. Si autem maleficus sciret maleficium factum consistere in laqueo ibi alligato, nullū peccatum esset rogare, ut solueret illā alligaturā: quia hic nulla interuenit dæmoniaca opera, sed humana tantum actio, quam quilibet aliis posset efficeret si sciret ubi esset illa alligatio.

*Malitiosus quis dicatur: & quando malitia sit vitiosa.*

**M**alitia peccatum est generale, quo homo ex sola intentione mali eligit malum. Hinc enim distin-

B b 4      guendg